

www.e-rara.ch

**De ratione communi omnium linguarum & literarum commentarius
Theodori Bibliandri**

Bibliander, Theodor

Tiguri, an. 1548

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: 5.116

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-22696>

Libri quarti capita.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Etione, ut uallū wal, stolidus stolds uel stolz, nasus naß. Trans- 161
 positione, ut ἔρω repo, born bron, morphe forma. Mutatione, ut
 μήν men mō, nux nuß. ἕσπερα uespera, non nein, μέτρος meter ma
 ter müter. Quædam non uno modo uariantur, ueluti additione
 aut detractiōe, aut trāspositione, & mutatione simul, ut ἥλιος he
 lios sol soñ. σελήνη selene luna. ἰσχυρ Ebr. thor Chald. thaur
 Arab. تaurus Græcum, taurus Latin. stier Germanicū est. Quæ
 dam longius discedunt à primitiui literatura, ut ἰν Wein, οἶνος
 ros, uinum, לָבֶן lapis Ebr. lampas Græcum & Lat. ampel Germ.
 lupa wülp, lupus wolff λύκος. Vacillo wackēn, ὑπερ sup, über,
 odus, dens dsan uel zan, thygater dochter. Spectatur etiam origi
 natio in singulis partibus orationis.

Originatio pronominis.

Articulos originem ducere à fonte sancto Ebraicæ linguæ,
 fatebitur linguarum peritus & non pertinax, hu δ is er. Et
 form. hi h he, ea, sy. Neutrū genus uel medium Ebrai non habēt.
 Sed flectēdo in alijs linguis origo longius producitur, ut ἴδ es.
 Pronomina quoq; primitiua ut dicuntur, Ebraicam originem re
 sipiūt, atha uel ath Ebraice, anth Chald. τὸ Græce, tu Latine, du
 Germ. Anochi ἐγὼ, ego, ich. Tertiæ personæ ex articulo fluxe
 runt ἔ, οἶ, ἐ. Latini aspirationem in f uerterunt, pro more, sui sibi
 se. Germ er sin, im sich. Ex his deriuātur alia pronomina, meus
 noster. Et nomina, ut quibusdam iudicantur, nostras, uestras. Et
 aduerbia meatim, tuatim. Et uerba in quibusdā linguis, ut min
 sen, ut meum arrogare, iren/duzen & verdutzen, quod inepte
 quidam dicunt uobifare & tibifare.

Atq; ad hunc modum habet etymologia per alias partes ora
 tionis. Quæ suis capitibus distinguuntur, de originatione nomi
 nis, uerbi, participij, præpositionis, aduerbij, interiectionis, con
 iunctionis. Varro deriuationem dictionū ad inflexionem adiun
 xit. Verum ipsa res clamat separatim explicandam fuisse.

LIBRI QVARTI CAPITA.

Rem maximopere dignā cognitione liber quartus expediet,
 uim & significationem uerborum, idēq; generatim. Nam sin
 gularum uocum interpretatio alibi expedietur. Cuius capita per

162 stringā duntaxat, quia diligenter in ea parte uersati sunt tam dia-
lectici, q̄ grammatici. Erunt igitur hæc libri huius capita. De ut
uerborum. Vt res animo cōprehensę uerbis informentur. Quas-
dam res non habere suum symbolū & notam, rursum quasdam
uoces plura significare, quę πολύσημοι dicuntur, à quibusdā etiam
synonyma. De significantibus & consignantibus uocibus, &
quid categoria. Voces signa signorum, & signa rerum: quæ di-
cuntur primæ intentionis aut secundæ intentionis, uel primæ po-
sitionis & posterioris. Quæ homonyma, synonyma, heteronyma,
paronyma. De proprijs dictionibus & improprijs, de certis & am-
biguis uerbis. De translatis & tropo, quotq̄ sint, & quæ genera
tropi. Iam per singulas partes orationis eundum est.

Quid pronomen aut definitiua dictio. Significata pronominū, fi-
nita, infinita: q̄sitiua, relatiua, demonstratiua, possessiua, reciproca.

Quid nomen. Significationes uel qualitates nominis, propria,
prænomen, cognomen, agnomen. Appellatiua. Substantiua &
adiectiua. Numeralia, cardinalia, ordinis, distributiua, partitiua,
quæsituiua nomina. Relatiua, quasi ad aliquid. Gentilia, patrony-
mica, possessiua, collectiua, comprehensiua, & reliquæ significa-
tiones, quæ à Prisciano, & Linacro, & alijs multis explicantur.

Ita uerbum habet suas significaciones, quum sint actiua, passi-
ua, neutra, communia, deponentia. Ad hæc perfectæ significatio-
nis, inchoatiua, meditatiua, frequentatiua, imitatiua, diminutiua,
& cætera.

Participium habet significaciones distinctas non secus atque
uerbum.

Præpositiones quoq̄ non satis est distinguere in accusatiuas
& ablatiuas, uel quæ seruiant accusatiuo, aut ablatiui, aut utriq̄
casui. Nam potestas & significatio in præpositione perpendenda
est, ut in aduerbio, interiectione, & coniunctione. Sunt enim præ-
positiones coniunctiua, ut res tibi est cum astuto homine: & dis-
iunctiua, ut absq̄ pecunijs nihil efficiēs, sine operibus legis, fide
iustificantur homines: & positionis, ut supra domum, & alia. Iam
uoces sunt uel in capite dictionum appensiles uel in calce, quæ
uim præpositionum planè possident, ut an, con, ne, ue, bu, & alie,
idq̄ in omnibus linguis.

De aduerbijs & interiectionibus & coniunctionibus nihil atti-
net dicere, quādo præcipue spectat in eis potestas aut significatio.